

207 cesset effectus; secus autem cessante causa impulsiva: l. 2. §. ult. ff. de donat. l. 1. §. 5. ubi Gloss. & Bar. ff. de postul. l. Sed si more, l. 2. ff. de donat. inter vir. & ux. l. Cum tale 72. ff. de condit. & demonst. Everac. in Top. legal. loca 80. Sanchez in precept. Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 2. num. 142. Quae doctrina abique dubio procedit, quando effectus est in fictum, non autem in facto esse, cum non tollatur effectus consummatus: Mant. dec. 131. num. 4. Flami. Cathar. dec. 68. num. 65. & 66. Castillo controver. lib. 5. p. 1. cap. 17. 2. num. 26. & 36. & 37. plures apud Ocho. in axiom. l. ut p. 1. lib. 5. cap. 10. num. 12. vers. Intellige.

208 Sed hoc opus, hic labor, in discernendo quando causa fuerit finalis, quando vero impulsiva: in quo etiam Respondeo; quod si in legato contemplerur locus, hoc est Ecclesia, causa finalis erit Ecclesia; si vero primario contemplerur sepultura, è contra; ita distinguens resolvit Rota apud Mant. d. dec. 131. num. 4. & 5.

209 Verum iterum opus è labor in cognoscendo quando contemplanus fuerit locus, & quando sepultura: unde quotiescumque ex verbis non potest deduci, in dubio credendum est primario, & tanquam causam finalem contemplanam fuisse Ecclesiam; ut latissime respondit Carolus Maranta controver. l. 9. tom. 2. respons. 9. per ut. præcipue ex n. 56. tum ex eo quod relictum, ad opus pium fieri prius credendum sit, quod finaliter fuerit motus disponens ex amore quo Deum optimum maximum prosequi tenetur, & propter ipsum Deum: l. Quoniam in multis, 16. ubi DD. C. de sacros. Eccl. ne alias dicatur peccare, qui propter lucrum primario diligit Deum, & ad id faciendum primario eo fine movetur, tum etiam quia in ultimo elogio, & vite discrimine, omnia censentur facta ad animæ salutem potius quam ex alia quacumque causa: ex l. Sani persone, 34. in fine, ff. de relig. & sumpt. fun. unde latior interpretatio animæ favore semper fit: l. Titia testamentum, 40. §. fin. ubi Bart. ff. de aur. & argent. legat. tum è tertio, nam actus agentis in dubio trahi debet in eam causam, quæ generati magis utilis fuerit: ex text. in l. 1. §. 2. ff. de solet.

215 Etenim ratione, in dubio relictum Prælati, contemplatione Ecclesie relictum censetur: Rota recent. p. 1. tom. 1. dec. 391. n. 3. dubium enim satis explicat ex legato, in quo & amor loci, & electio sepulture consideratur, primus motus Deum habet pro causa, secundus dispositionem corruptibilis corporis; quia ergo sanæ mentis credat primario & finaliter motum fuisse ex secundo motivo, impulsivè verò ex primo: quæ omnia latissime prosequitur Maranta cum pluribus supra, ut quo ad n. 59. ubi notatis rectè. Quod si legatum fuerit relictum intuitu sepulture, si alibi electa sit, cum Deus principaliter fuerit contemplanus, secundario verò locus; legatum quoad Deum non evanescit, secus verò quoad locum; ita ut mutata sepultura, transferatur in aliam Ecclesiam legatum: vide omnino Maranta, d. respons. 9. per totum, cum seq. quia latissime materiam petraclat. Cuius rei ea est ratio, quia ad revocandum legatum favore pæ cause relictum, expressa, & non conjecturalis voluntas requiritur, ex text. notabili in cap. Verum, 4. de condit. app. Maranta d. respons. 10. num. 17.

218 Sed supra dictis obstant fortiter primò text. in l. Alumna 30. §. 2. ff. de alimen. legat. ubi adempto onere curationis sepulture in vim modi adjecto, etiam legatum ademptum censetur: cuius jungitur text. in §. Scia, ubi idem deciditur. Cui de facili responderetur, Regulam hanc limitandam esse in legatis piis, favore pæ cause; per text. in cap. Verum, de condit. app. qui text. cum sit Juris Canonici, præferri debet civilibus dispositionibus, ex Tiraq. de privi. pia causa, privi. 63.

Ad text. verò in d. §. Scia responderetur, legatum ibi fuisse concessum legatario pro transportatione corporis defuncti in patriam suam: unde apparet motivum causæ finalis legari profani: at verò in casu nostro, prima motio & motivum est Deus, & favor animæ disponens; ut diximus: & ut Fideles omnes inveniuntur ad sollicitudinem huius pietatis circa sepulturam defunctorum, & circa suffragia, quæ pro eis fiunt.

220 Illud tamen pro Coronide advertendum velim, animas

in Purgatorio detentas dupliciter scire quæ pro eis fiunt, secundum Divum Augustinum. Primo, per eos qui ex hac vita migraverunt, à quibus notitiam sumunt de his tantum, quæ illis permittuntur audire, & scire expedire: Secundo, per Angelos custodes, de his tantum quæ à Deo habet licentiam revelandi: ut notavit D. Augustinus in rebus in can. fatendum, 13. quest. 2. aliis etiam duobus modis scire nota vit Durand. in Ration. dign. offic. lib. 7. cap. 35. num. 24. videlicet vel per divinam revelationem, vel per experientiam, dum se vident à pœnis relevari: ubi videtur potest de scientia tam majorum in inferno, quam Elektorum in paradiso: ad quem me remitto.

Et licet hoc spectet ad bonum, & solatium Animarum in Purgatorio existentium; ne qui in hac vita sunt, ibi crucientur, dum sibi commissam curam defunctorum negligunt implere, audite libet Eminentiſſimum Cardinalem Cajetanum tract. de Indulgentiis, qu. 5. vers. Quoad tertium prima fronte, in hac aurea verba semper pæ oculis habenda, & nunquam à memoria delenda: Nam qui in hac vita defunctos oblivioni dant, satisfaccereque propriis peccatis negligunt, & scilicet sunt ut vix cum gratia discedant, alienos à fructu omnium suffragiorum ibi creditores, quomodo multa pro eis fiant, divina velleſcente iustitia huiusmodi duritiam cordis atque invidiam: de quo vide late Carpius de execut. ultim. volun. lib. 4. cap. 3. per totum, & ad idem est mirabile exemplum, quod refertur in vita venerabilis Camilli de Lelis, Religioſi Clericorum Regularium ministrantium inſirmis fundatoris, ubi refertur, Sacerdotem quemdam fuisse in urbe Romana in quodam Hospitali, valde pigrum in administrando Extreme Unctionis Sacramento moribundis; qui propterea idem Sacramentum dum ad mortem veniret, desit, ut omnibus sententæ Cajetani veritas innotesceret.

Cura igitur sepulture habenda est, nam & ex illatione cadaveris insignis alicuius persone locus fit celebris; ut videtur est per ea quæ scribit Antonius Riccius lucubr. Eccl. rusticarum lib. 1. cap. 20. num. 5. & hac ratione locus ille celebratur, ut idem ibid. num. 10. probat, atque exemplis illustrat, & non solum fit celebris, sed ex eo quod ibi jacuit corpus, venerationem movet, ut de sepulchro in quo Adam noſter primus patens fuit, probat Josephus Ant. lib. 1. cap. 17. & 20. & ex eo Riccius supra, cap. 11. num. 3. & de sepultura sancti Bartholomæi in Civitate Benevent. num. 4. Insuper Eminentiſſimus, & dignitate & sanctitate Cardinalis Bellarminus anxie petebat in Collegio Romano sepeliri circa Corpus Beati Ludovici à Gonzaga, cuius sanctitatem, quam dum esset in societate Jesu expertus fuerat, dum Confessarii ipsius munus exercebat, spiritum quoque ipſius regebat, venerabatur.

Quod adeo verum est, non solum apud Christianos locum venerabilem fieri ex sepultura viri sanctitate præstantis, verum etiam apud Ethnicos, qui valde decetabant pro corpore alicuius emeriti viri: ut probat Plutarchus in politica, circa medium, dum refert quod Meneandro Batorum Rege homine frugi atque mitissimo vita functo, populi, & civitates æque, cum de ejus Reliquiis decertarent, tandem inter omnes convenit ut æque partitæ singulis distribuereutur pro rata; arbitratæ, monumentum illius viri, apud omnes in veneratione esse, si pars illius corporis esset. Verba sunt Riccii lib. 1. cap. 9.

Sic vile sepulchrum in dispositionem sumitur; ut itat 226 Glossa in l. Quicumque, verbo Libitinaris, ff. de inst. alien. dicat quod seuerum sit sepulchrum plebeiorum, & damnatorum: tamen in hoc fallit, quia etiam sumitur pro sepulchro Nobilium, ut habetur 2. Reg. 3. quando David seuerum Abneri sequebatur.

Si vero scire desideres, quantum honorandam sit cada- 228 ver in sepultura, quomodo ex eo non extrahendum, & alia plura: consule Challanem in Cathol. glor. mun. 2. par. conf. 5. vers. De gloria autem, ubi confid. 6. late de pompis funeralibus agit. Gentiles enim summis expensis defunctorum funera prosequiebantur: & de illorum pompa, maxima eruditione videndus Franciscus Bentius Societatis Jesu

Jesu oratione 26. de antiquo funere Romanorum. Quæ ratio- 230 ne Ulpianus injuriam arbitratus est divitem parva pompa sepeliri, l. At si quis, §. Index, l. Si quis, §. Sumptus, ff. de Religioſ. & sumpt. fun. quare in hoc nota sunt; ratione pietatis, privilegia funeris expensarum, de quibus videndi plures apud Magistrum meum Suelves conf. 5. num. 3. tom. 2. in Seminecenturia, inter quæ, maxima cum ratione computatur honor Ministrorum; si enim fiat Sepultura in Ecclesia Cathedrali, Canonici Officium celebrant, exclusis Parochiis, & Regularibus; ut ex late traditis à Barbosa de offic. & potest. Paroch. cap. 9. n. 7. usque in fin. diximus infr. c. 34. de Decret. Eccl. Cathedr. n. 95. Si vero plura quædam circa punitionem divinam in eos qui cadavera per factilegium in sepulchro spoliantur: Consule Beyerlinch in Theat. vici humane, verbo Sacilegium, vers. Sepulchra, fol. mibi 55. & de poena sepulchra violentiam, late idem verbo Sepulchrum, vers. Sepulchra fidelium violentiam poena, fol. 197.

Ex dictis patet, quanta poena sit in hoc; sepulture privatio, quæ cadaveribus punitorum infligitur in poenam scelerum; & de qua extat integer titulus in Jure, de Cadaver. puni. ubi DD. & late probant Matullus de Magistr. lib. 3. cap. 4. ex num. 200. & Sarpo de Jure Aff. cap. 5. observat frater meus D. Episcopus Barbaſten. in Pastor. Regul. p. 3. voto 8. n. 62. & n. 71. & sceleratis, & scandalofis eadem ratione privatur sepultura, veluti Excommunicati, Vſurarii, Concubinarii publici, & alii de quibus Simon Stralo Volscius d. lib. 3. cap. 23. quæ de causa per humationem hæretici, sive Excommunicati, vel Interdicti, Ecclesia polluitur donec exhumetur, & extrahatur: ut late diximus c. 26. de Cemet. Eccl. Cathedr. ex num. 141. Quod an procedat in non denunciato: vide Clarinum Controv. l. 2. cap. 26. num. 36. pag. 178.

Ex quibus aliud maximum relucet privilegium sepul- 239 rarum Ecclesie Cathedralis: quandoquidem ibi electa sepultura, vel ibi facto Novenatio, & capite anni, iterum in Parochia fieri necesse non est, quia Parochia est totius Episcopus: de quo est optima, & notabilis decisio in Elen. Jarum Parochialium, 6. Junii 1631. coram Queipo, impressa à Dianæ resol. moral. part. 7. post tractat. pag. 320.

In Episcopo verò duarum Cathedralium, ubi sepeliri 240 debeat, & cuius sumptibus impensa fit facienda, funera- liumque divisio quomodo fiat: non abs re inquirendum est: In qua questione breviter dicam Sepeliendum esse in Cathedrali, intra cuius limites defunctus est; juxta nota supra, in principio: quod si extra civitatem moriatur, 241 in Parochia ubi degebat, ut diximus supra, hoc cap. in princ. in l. 1. cap. 8. de unione Ecclesiar. Cathedr. lib. 1. num. 488. ac per consequens jura debent sepulture, illi Ecclesie ubi sepelitur; Quarta verò funeralis communis est: juxta notata per Zabarellam conf. 90. in fine, vers. Ad tertium. Card. Tuschum, lit. S. concl. 190. num. 22. & 23. expensis ipsius Ecclesie, si non habet bona: Zabarell. & Tusch. superius citati, Simon Stralo in Breviario Juris Pontificii, tit. 23. num. 5. pag. 199. Ratio differentie in eo consistit, quod funera- lia debentur Ecclesie ubi sepelitur defunctus; Quarta verò est illius Ecclesie ubi degebat ratione administrationis Sacramentorum; unde mirum non est si hæc sit communis ratio Cathedralitatis.

Ex dictis infertur, Sacramenta Episcopo debere admini- 244 strari ex Cathedrali ubi degit, nullo habito respectu ad jus quod ratione antiquitatis, altera ex unitis habere potest: Quæ si degar in modeniore, ex illa sunt administranda. Duam quod duabus existentibus Cathedralibus in una Civitate, impossibile est quod non degar in una, vel in alia Parochia, cum ambe habeant parochias particula- res distinctas: impossibile item est quod una non sit antiquior altera: at idem jus habet Parochia circa sepulturam, quod circa administrationem Sacramentorum, imò propter hanc administrationem consequitur jus sepulture: ergo omnia jura de sepultura loquentia, per necessarium antecedens supponunt administrationem Sacramentorum ex Cathedrali intra cuius parochiam degit: quod maxime procedit itane consuetudine sepeliendi in modeniore; vel si in ea sepulchrum fit Episcopo: ut notatur Zabarell. Frances de Eccl. Cathedr.

la supra, Tuschus d. conclus. 189. num. 20. & 21.

Sed dices, antiquior Cathedralis, parochia est totius Episcopus: ergo jus habet omnia hæc obsequia præstandi Episcopo tam vivo quam defuncto: ex ea debent administrari Sacramenta vivo, & funeralia defuncto: Quibus de facili responderetur, hæc non procedere stantibus limitationibus superius relatis; hoc est stante consuetudine, & c. imò neque ullo casu ratio est; quia esse commune Parochiam totius Episcopus necessario debet esse respectu Ecclesiarum inferiorum: quæ ratio non militat respectu Cathedralium, cum par in parem non habeat imperium.

Nec ratio antiquior Cathedralitatis militat, vel aliquid 247 addit: nam cum hoc respiciat dispensationem Episcopi, qui equè dispensatus est cum una ac cum alia, nihil mirum quod non attendatur in hoc casu; & salvo Jure Cathedralitatis, ratio habitationis intra limites unius prævaleat.

Insuper non negamus, antiquiorem Cathedralē posse 284 Sacramenta administrare, funerique assistere tanquam Parochiam totius Episcopus; sed tamen in hoc casu diversus est titulus questionis: quia non dubitatur nisi de hoc, videlicet an hoc jus possit exerceri à Cathedrali unita, Episcopo degente intra limites alterius Cathedralis, ipsi Sacramenta administrantis in vita, & jus sepulchri Episcoporum habentis: quod diversissimum est; hoc enim casu par in parem non habet imperium: nec imparitas consideratur respectu antiquioris Cathedralitatis; quia Regula hæc limitatur, etiam quod superior ea ratione esset, 249 quando pars superiorem non recognoscit, vel unus major est altero, in administratione: Surtus conf. 47. num. 7. & 9. ideoque ex nova causa rectè potest par in parem imperium habere: ut late docet Novar. in præf. de electione, sec. 4. quest. 37. num. 5. & 6. pag. 199. Unde rectè in his casibus, Cathedralis ubi degit Episcopus, præferenda est: 250 nec mirum, quandoquidem Parochialis ea ratione præferatur, si Episcopus moriatur extra Decemum, & residentiam sine causa probabili: ex Geminian. docet Tusch. d. lit. S. conclus. 190. num. 20. & 21. & eo casu nec superiorem agnoscit antiquiorem Cathedralē unitam, ex rationibus supra dictis.

Nec mirandum est, tot decreta, & Juris dispositiones 251 adesse circa electionem sepulture; quando Majorum consuetudine docemur, quod licet non in eisdem sepulchris, tamen in eisdem Cæmeteriis cadavera seu corpora Christianorum insimul cum sanctorum Martyrum corporibus sepeliebantur, quia Sanctorum intercessionibus ratione sepulture adjuvari se jure merito credebat, Baronius tom. 2. Anno 226. num. 12. fol. 372. ubi num. 11. ait, quod postquam corpora sanctorum Martyrum in urbes fuerunt translata, & in diversis Ecclesiis honorificentibus collocata, Imperatores Christiani ceterique fideles omnes singulari studio, & devotione Cæmeteria illa, in quibus depositæ fuerant Reliquiæ Sanctorum, invisebant, frequentabantque, & in illis sepeliri ardenti pietate percipiebant; ut videre est apud Baronium loc. cit.

C A P U T XVIII.

De Pulpito Ecclesie Cathedralis.

S V M M A R I V M.

Pulpiti institutio, 1.
In altum debet collocari, 2.
In sede simplici, & de plano predicatur in Sodalitatis, 3.
Pulpiti etymologia, 4.
Alia vocabula qua Pulpito conveniunt, 5. 19.
Pulpitum quare ponitur in sublimiori loco, 6.
Christus in alto loco predicabat, 7. & sequ.
Item Divi Petrus & Paulus, & ceteri Apostoli, 8.
In lege Moysi, ex alto loco predicabatur, 9.
In publico loqui volentes, in alto se collocabant, 10.
Profecii nomen unde dictum, 11.

Episcopi quare usque ad trigefimum annum non possunt eligi, 224.
 Sanctus Augustinus postquam Cooperator Valerii fuit factus, noluit statim predicare, & quare, 225.
 Officium Episcopi proprium predicare, plusquam baptizare, 226.
 Predicare Verbum Dei an liceat extra Ecclesiam, 227.
 Manus predicandi ad Episcopum spectare pluribus sacre Paginae locis probatur, 228.
 Item Concilii pluribus, 229.
 Romanorum Pontificum decretis similiter pluribus, 230.
 Sanctorum testimonis innumeris, 231.
 Episcopi munus, 232.
 Specialissimum officium predicandi, 233.
 Episcopi quoties predicantes, 234.
 Predicatio delegata ab Episcopo quando inceperit, 235.
 Sanctus Vincentius Archiepiscopus Cesar-Augustinus primus fuit, qui vice Sancti Valerii predicavit ex delegatione ipsius, 236.
 Electio Predicatoris ad quem spectet tam in Cathedrali quam in inferioribus, 237.
 In primitiva Ecclesia, Episcoporum facultatem habebant mittendi Predicatores, 238.
 Curati in iudicio subalternati a se Episcopo, 239.
 Parochi in animarum cura, Coadiutores potius Episcopi, quam Pastores nuncupantur, 240.
 Romani Pontifices omnibus, per Episcopos, Episcopi vero in suis Diocesis predicant, 241.
 Predicatoris nominatio si esset in Capitulo, Episcopus iussu tenetur ad electionem praestandam, 242.
 Praeceptum predicandi in Ecclesiis inferioribus, remissive, 243.
 Sedes Episcopi in sublimiori loco posita in Cathedrali quid significet, 244.

Locus hic est destinatus à primæva sua institutione ad annunciandum Verbum Dei populo Christiano; nam Predicator, dum concionatur, debet habere locum ab aliis distinctum, & eminentiorem, nempe Cathedrali in sublimi loco positam, unde facile audiri possit; cum tamen in Sodalitatis tam Laicorum quam Ecclesiasticorum, in sede simplici, & de plano conciones habeantur: teste Lælio Zecho de Repub. Eccl. tit. de Concionatoribus, num. 5. vers. 4. *Tertia conditio est, & Pulpitum appellari non dubitatur quasi publicum, sive in loco publico constitutum notavit Durandus in Rationali, lib. 1. num. 33.* Analogum etiam vocatur, quia in eo Verbum Dei legitur, & annunciat, à verbo Græco, quo Ratio significatur. *Anho etiam dicitur, ab ambiendo, quia intrantem ambit, & cingit: Durandus ubi proxime; Tribunal patitur ab aliis nuncupatur, & atque idem Tribunalis aut Pulpiti nomen ad hoc propositum Cyprianus usurpat, lib. 2. Epist. & lib. 5. Epist. 5. teste Beyerlinch in Theatr. vite humane, verbo Concio, in fine.* In alto ponitur, ut facilius ab omnibus exaudiatur; exemplo Christi Domini, quando extra turbam in navicula pūfiliū à terra deducta; & in monte ad suos sermonem habuit: *Matth. 5. cap. 25. & Joannis cap. 8. unde Aft. 13. cap. memorat D. Lucas, quod S. Paulus predicaturus Evangelium Antiochiæ in Synagoga, surrexit, & manu silentium induxit: similiter Aft. 1. cap. D. Petrus surrexit in medio stratum, quando erat turba hominum simul ferè centum viginti: ut dicemus latius inf. cap. 29. de domib. num. 11.* Item & Christus Dominus secundum Evangelium Lucae, cap. 4. surrexit legere Isaiam: quæ omnia à Templo Salomonis originem trahere credo, in quo fecit Basim æneam, & extendens manum suam loquebatur populo Dei, 2. Paralipom. 6. Ekstras quoque fecit Graduum ligneam ad loquendum, in quo stans super univerfum populum eminebat; ut legitur 5. Ezech. 8. Quod solemne fuit omnibus in publico loqui volentibus: & præter exempla adducta, probatur *Adith. c. 13.* quando allocuta multitudinem de obruncato Holoferne, ascendit in loco eminentiorem. Et Gentiles idem observasse etiam in Scenis referunt Authores: erat enim in eis Profœnum, id est locus ante Scenam porrectus, ubi Pulpitum excitatum erat, quo Actores fabularum prodirent, ita ut Scena alior esset Pulpito; pulpitum autem altius orcheſtra, quæ ipsa erat locus saltantium: de quibus videndus Budæus in Annot. ad Pandect. ad l. Athletas, ff. de his qui nos infam. pag. mibi 344. unde primò in Ecclesia Dei, non in Pulpito sicut hodie sermo fiebat, sed in gradibus Atræ, vel ex Ambone habebatur sermo ad populum: exat Prudentii locus dicens:

*Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal,
 Tollitur Antistes, predicat unde Deum.*
 Nec dissentit Sidonius Carmine 16. dicens:
*Sente conspicuis gradibus venerabilis atræ
 Concionatorum plebs scdula circumfessit,
 Exposita legis bibat auribus ut medicinam.*

Quem morem usque in hodiernum diem, laudabilem mihi semper visum Genæve vidi in Metropolitana Ecclesia, ubi Penitentiarum Canonicis omnibus Dominicis diebus, Vesperis decantatis, surgit in gradibus Sacratæ, & magna multitudine circumstante sermonem facit, doctrinam explicat, plebem erudit; utinam ubique locorum ille mos vigeret, de quo tamen exat præceptum omnibus Curatis in 16 Trid. sess. 5. c. 2. de Reform. & melius sess. 24. de Reform. c. 4. & de eo differunt Iac. Possevinus de off. Curat. c. 4. num. 7. Squilante de obligat. & privil. Episc. l. 1. c. 18. n. 10. & de eodem usu & modo prædicandi omnibus diebus Dominicis S. August. gloriatur se audivisse S. Ambrosium, 6. Confess. cap. 3. quam occupationem exercuisse pro gradibus Altaris intra cancellos, qui Cleram à plebe dividebant, docet idem D. August. lib. 22. de Civit. Dei, c. 18. ubi loquens de se ipso ait, quod cum ex Dominico Pasche tertio fieret in gradibus Exedrae, in qua de superiori loquebatur loco, fecit stare ambos fratres, & de hoc munere Episcoporum, & de malis quæ obveniunt plebi ob neglectam prædicationem ab Episcopo, videndus Merlinus dec. 598. ex n. 25. cum seqq. Ex quibus S. Cyprianus lib. 2. epist. 5. & lib. 5. epist. 5. Tribunalis, aut Pulpiti nomen usurpat: de quo videndus etiam Beyerlinch in Theatr. vite humane, verbo Concio, vers. Rit. tus, pag. 350. tom. 2. Bene tamen verum est, Christum Dominum Iudeos docuisse sedentem; ut probat D. Lucas d. c. 4. ubi lecto Isaiam, sedit ut doceret: & idem fecisse in Navicula, *Matth. c. 5. n. 25. & Joannis d. c. 4.* Ex quibus credendum est, diversitatem exitus rituum circa modum prædicandi; quandoquidem omnes stantes verbum Dei annuntiant, Episcopi vero stantes Evangelium legunt; sermo nem vero sedentes pronuntiant: nam cum Apostolorum successores sint, exemplo Christi Isaiam, id est Evangelium, stantes legunt; & explanationem vero, hoc est sermonem, sedentes faciunt: de quo videndus Dadrinus lib. 2. c. 6. circa medium: populus autem stans audiebat: S. August. in Joannem, c. 91. & sermone 52. ad fratres in Eremo, ait: ut ergo vos non dicitoneam, quia ego sedens loquor, vos stando laboratis.

Initio item Ecclesiæ, antequam Concionator inciperet verbum Dei explicare, observabatur, ut interium in conventibus sacris Diaconus clara voce imperaret silentium; cuius ritus mentio fit apud Divum Clement. lib. 2. constit. c. 57. & lib. 8. c. 11. Divum Ilidorum lib. 1. Officior. c. 10. Beyerlinch loco superius citato, sed hoc tamquam non necessarium ab usu recessit, rebus Ecclesiæ compositis.

Jam ergo patet, quod licet Pulpitum omnibus Ecclesiis sit commune, tamen excellentius est illud Ecclesiæ Cathedralis: nam cum hæc Ecclesia sponsa sit Episcopi, in eaque tamquam in capite ipse residere debeat, late Squilante de obligat. & privil. Episc. p. 1. c. 2. ita & munus prædicationis propriissimum est, & præceptum Episcopi, Trid. sess. 5. de Reform. cap. 2. quod idem ante pluribus iam Conciliis fuerat observatum, ut in Concilio Carthagenie 4. cap. 20. & Remense cap. 14. & c. Episcopus nullatenus, 88. dist. 10. Episcopo enim incumbit oportune importune atque sine intermissione Ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere, & amare, ut à vitis fit abstinere, & saltem consequi possit æternam: & illa patitur cum tanta reverentia Episcopi sui doctrinam debet suscipere, eumque amare & diligere, ut Legatum Dei, & præconem veritatis in ipso suscipiat: ut Euaristus Papa, & Martyr Anno 170. epist. 2.

ad omnes Episcopos Aegypti, scribit, in cap. Sicut vir, 7. q. 1. quo impedito vel inimitate, vel alio Canonico impedimento, per alium exercere debet ministerium prædicationis: ut in Concilio Aquisgranense 2. cap. 11. vel c. 2. statuitur, & in Concilio Moguntino 1. conf. 25. de officio prædicationis idem statuitur; de quo etiam exat insignis Epistola Nicolai I. ad Michælem Imperatorem registrata in cau. 5. dist. 45. per hæc verba: *Episcopi dispensatio cælestis semini in unum est: ut, si non spererint, vos, si acuerint, sicut Vas electoris formidat, & clamat.* De quo etiam videndus est textus in cap. Porro, 7. q. 1. quibus addendus Crespetius in Summa Ecclesiastica discipline, verbo Prædicatio. Frater meus Episcopus Barbastren. in Pastor. interno, p. 3. voto 11. num. 25. ad eum consuetudine non possit præscribi, quod Episcopus, seu Curatus, liber sit à munere prædicationis per se, aut faltem per alium: Franciscus Tondutus de Sanguinero, p. 1. q. 9. & resol. benef. c. 39. n. 13. Surd. conf. 254. n. 10. vol. 2. auctoritate Ripæ conf. 26. n. 32.

Unde ad præceptum prædicandi, sed pro quibus diebus est questio: in qua dicendum aliquid esse tempora scilicet Adventus, & Quadragesimæ, quibus prædicare præcipitur à Tridentino sess. 24. de Reform. cap. 4. ubi loquendo de hac obligatione, ait: *Tempore autem ieiuniorum Quadragesimæ, & Adventus Domini, quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, sita oportere duxerint, sacras Scripturas divinamque legem annuncient.* Et ita docent committere Doctores, ut per Barbol. in Pastor. alleg. 76. nu. 10. & in collect. ad d. c. 4. sess. 24. n. 14.

Sed iterum dubitari contingit, an idem sit præceptum prædicandi tempore Adventus, ac tempore Quadragesimæ? In quo dubio negative respondendum: nam verba illa Concilii: *Tempore autem ieiuniorum, Quadragesimæ, & Adventus Domini,* disjunctivè leguntur, ut ex punctuatione apparet, ita ut sint tria tempora omnino distincta, scilicet tempus jejuniis, tempus Quadragesimæ, & tempus Adventus: in quibus omnibus sanctum Concilium arbitrio reliquit Episcopo modum prædicationis, sive præceptum pro illis temporibus; ita ut tempus Quadragesimæ sit tempus jejuniis, & hac ratione non potest dubitari de præcepto vel pro omnibus diebus, vel faltem tribus in hebdomada, arbitrio Episcopi; tempus autem Adventus non est proprium tempus Jejuniis, & hac ratione non ita obligat nec urget præceptum: unde sufficit quod in Adventus diebus Dominicis, & Festivis Verbum Dei annuncietur; singulis autem Quadragesimæ, quotidie vel faltem tribus singulis unum hebdomadae diebus, ut dictum est: & hoc modo explicat Barbol. d. n. 14. licet non ita clarè suam sententiam aperiat.

Supradicta verò ex eo confirmo: nam tempore Quadragesimæ pro quocumque die institutum est Evangelium speciale & diversum à cæteris, tempore verò Adventus, Evangelium Dominicæ pro omnibus Feriis unicusquisque Hebdomadæ deseruit: unde una explicatio sufficit in Dominicæ, nec alia per Ferias necessaria est, sicut in Quadragesimæ, ubi quilibet dies suam habet doctrinam specialem; & hac ratione verba Tridentini dist. sess. 24. cap. 4. præcipientis: *tempore autem ieiuniorum Quadragesimæ, & Adventus Domini, quotidie vel saltem tribus in hebdomada diebus, sita oportere duxerint, sacras Scripturas divinamque legem annuncient:* exprèsse sunt intelligenda de omnibus diebus, quibus Evangelium novum decantatur, cum requiratur, sed & sufficit una explicatio pro singulis.

Nec dicas Sabbato secundo Quadragesimæ, & Dominicæ secundæ sequenti idem Evangelium mysterii Transfigurationis decantari, & tamen bis sermone esse habendum. Nam respondetur illam duplicem repetitionem duplices habere respectus: Sabbatum enim pro Ordinandis legitur, qui transfigurari debent in virtus perfectos: Dominica verò ad gloriam Transfigurationis in contemplationem rationis habetur: ut docet Durandus in Rationali. lib. 6. cap. 28. & 39. unde mirum non est, si hac ratione duplex sermo habendus sit; aliàs verò unicus sufficere, cum unus sit finis totius hebdomadæ.

Nec item urget simile præceptum in diebus jejuniis

per annum; id est in Vigiliis Sanctorum, vel Quatuor temporibus, ut post Arcmdar. in Commentariis ad leges Navarre, in l. 3. tit. de Prædicatoribus sacre Scripture, nu. 28. & 29. docet Barbol. in collect. ad d. cap. 4. Stephanus Vvatnellus ad consuetudines 24. ex antiquo Iure desumptas, & per Concilium Tridentinum renovatas, Constit. 5. nu. 5. pag. 48. ubi docet decretum Tridentinum non se extendere ad omne tempus Jejuniis, nec ad tempus Adventus, quod propriè non est Jejuniis, sed dumtaxat ad Quadragesimam; eoque sine non esse admittendum punctum inter particula *Levium*, & particula *Quadragesimæ*.

De cæteris verò solemnibus diebus, vel festivitibus, 35 anceps poterat esse questio: & quidem de Dominicis aperta sunt verba Concilii, d. sess. 24. cap. 4. quod idem antea fuerat præceptum; ut patet in Concilio Moguntino l. can. 25. de officio Prædicationis, per hæc verba: *Si forte Episcopus non fuerit in domo sua, aut infirmus est, aut aliqua causa exigente non valuerit, numquam tamen desit diebus Dominicis, aut festivitibus, qui verbum Dei prædicet, iuxta quod intelligere vulgus possit: cuius statuti decretum confirmavit Concilium Boterense, can. 18. ad eum Justini Martyris locus Apolog. 2. pro Christianis, ubi idem statuitur: & plura cumulat Crespetius in Summa Ecclesiastica discipline, verbo Prædicatio, pag. mibi 744.* De aliis solemnibus diebus major est dubitatio: & quidem præter Tridentini dispositionem, idem statuit Concilium Tricrenense ad supplicationem Ludovici Secundi Imperatoris, cap. 1. ubi præcipitur omnibus Laicis ad prædicationem convenire in majori Ecclesia, non autem in Basilicis prædicationem, & officium divinum audire; adde Crespetium loco proxime citato.

Qui autem fuerint hi dies, non est ita bene explicatum: 36 in quo sub distinctione procedendum esse credo. Vel enim præceptum cadit sub festivitibus solemnioribus, vel sub festivitibus solemnibus: de primis numerati sunt dies in c. Alma mater, de sentent. excom. in 6. ubi Interdicti censura suspenditur in diebus ibi numeratis, tamquam solemnioribus: at verò solemnes sunt dies, præter illos, quorum officium sub ritu primæ Classis recitatur; sicut est Dedicatio propriæ Ecclesiæ, dies festus Sancti Tulelæris seu Patroni, & alii de quibus in Rubricis, sub eo titulo etiam sunt Sancti secundæ classis, veluti festa omnium Apostolorum, Evangelistarum, Sanctæ Mariæ Magdalene, S. Laurentii, & aliorum secundum eandem Rubricam; alia verò festivitates sunt simpliciter duplices, vel duplices majores, quæ Duplex per annum nuncupantur; & sunt veluti S. Franciscus, S. Dominicus, S. Antonius de Padua, & alia similes; ita ut hodie recta cum ratione, supposito præcepto Tridentini, pretiosus est hodie sermo Domini, postquam sermo ille sanctæ Synodi omnipotens è Regalibus sedibus venit, ut i. Regum, c. 3. legitur, & quotidie diffunditur: de quo plura tradit Beyerlinch in Theatr. vite humane, verbo Concionator, vers. tempus concionis, quando concionandum, pag. 349.

Quibus positis, dicendum est absque dubio, in festis 39 primæ classis concionem esse habendam ex vi præcepti Tridentini, & in solemnitatibus secundæ classis, dummodò dies sint feriati, ex his quibus opera servilia interduntur, juxta quartum Ecclesiæ præceptum: in cæteris vero, sicut in Dominicis, prudentem Episcopi dispositionem esse observandam, cui totum remittit sancta Tridentina Synodus: idque ex ferie verborum Concilii deprimatur clarissime, nam loquendo de tempore jejuniis Quadragesimæ, dies quibus habenda est sacra concio præscribuntur sub præcepto, id est quotidie, vel ter in hebdomada: tempore verò Adventus, nullus dies præscribitur, sed tamen consuetudo pro Dominicis, & festivitibus colendis interpretatur hoc munus; qua interpretatione admiffa, facilius capitur locutio supra enunciata de non prædicando in Adventu, nisi Dominicis, & aliis festivis diebus. Si autem qualitates omnium festivitatum scire velis, & distinctionem solemnitatum inter se, id est divisionem festorum primæ, secundæ, vel tertie classis, inter solemniores primæ Classis, consule Rotam decif. 517. par. 2. inter decisiones recentiores Rubei, quam omnino videas.

Scena altior pulpito, pulpiti alius orchestra, 12.
 Orchestra erat locus saltantium, 13.
 In primitiva Ecclesia predicatorum verbum Dei, 14.
 Genus conuictio predicandi in gradibus Ara doctrinam Christianam, 15.
 Tridentini prescriptum de doctrina Christiana explicanda, 16.
 Sanctus Augustinus gloriatur se auditorem fuisse S. Ambrosii, 17.
 Sancti Augustinus, & Ambrosius predicabant in gradibus Arae, 18.
 Obligatio Episcopi predicandi: & que damna ex omissione sequantur, 19.
 Christus Dominus sedens predicabat, 20.
 Episcopi stantes Euangelium legunt, sedentes vero concionem faciunt, 21.
 Auditores stantes debent audire Verbum Dei, 22.
 Initio uisantis Ecclesie quid precebat sermonem, 23.
 Excellentia Pulpiti Ecclesia Cathedralis pre ceteris, 24.
 Episcopus in Cathedrali residere debet, 25.
 Predicare, proprium munus Episcopi, 26. & seqq.
 Populus doctrinam Episcopi suscipere debet, 27.
 Immutatam a predicando Episcopo vel Curato prescribere non potest, 28.
 Preceptum predicandi quibus diebus obliget, 29. & seqq.
 Tempore Adventus an obliget sicut in Quadragesima, 30.
 An omnibus diebus obliget in Adventu, & Quadragesima, 31. 39.
 Quadragesima habet Euangelium pro unaquaque die, Adventus uero unum pro tota hebdomada, 32.
 Euangelium Transfigurationis quare bis recitetur in Quadragesima, 33.
 Diebus leuini per annum an predicandum sit, 34.
 Diebus solemnibus an extet preceptum predicandi, 35.
 Solemnis dies qui sunt, 36.
 Solemniores dies qui conueniant, 37.
 Differentia solemnium, 38.
 In festis prima Classis semper est concio habenda: idem in solemnitatibus secunda classis, si fuerint festiue; in Dominicis arbitrio Episcopi, 39. 41.
 Distinctio solemnium, & diuisio festorum, 40.
 Ecclesiasticus nolens preceptum predicandi adimplere, an per Iudices Laicos possit compelli, 42. & seqq.
 Laici ex delegatione Pontificis possunt compelli Ecclesiasticos ut muneris predicandi Verbum Dei satisfaciant, 43.
 Principibus Laicis an delegata sit executio decretorum Tridentini, 44. & seqq.
 Philippus II. Tridentini decreta obseruari fecit, 45.
 Bobadilla dictum, quatenus predicare fecit in die Epiphaniae, expenditur, 46. & seqq.
 Tribunalia regia, uolentibus Ecclesiasticis predicare, non possunt cognoscere per uiam appellationis, 47.
 Appellatio debet esse de inferiori ad superiorem, 48.
 Tuitionis ratione, an possint compelli Laici ad predicandum Verbum Dei uolentibus Ecclesiasticis, 49. & seqq.
 Iurisdictio non potest dari Laicis super Ecclesiasticos, 50.
 Tuicio & protectio in Laicis circa Ecclesiasticos ad quid se extendat, 51.
 Admittitur quando de suo interesse non agitur, 52.
 Inconuenientia que oriuntur ex executione decretorum Tridentini per Laicos ratione tuitionis, & protectio, 53.
 Predicator excedens seu faciens contra decreta Tridentini, an possit a Iudice Laico puniri, 54.
 Advocatia quare ablata in Ecclesia, 55.
 Laicos Principes deputatos esse ad executionem, & complementum decretorum Ecclesiasticorum, quo pacto intelligatur, 56.
 Mens Tridentini non fuit, iurisditionem Laicis circa executionem decretorum suarum delegare, 57.
 Mirabile dictum circa hoc, Legatorum Concilii ad Paulum III. refertur, 58.
 Pius IV. uoluit iurisditionem talem concedere Laicis, sed facultatem tantum auxilium ab ipsis petendi 59. usque ad 65.
 Auxilium Brachii secularis non debet impartiri nisi ad petitionem Ecclesiasticorum, 60.
 Summaria causa cognitio adhibenda est, 61. 72.
 Idem in omnibus causis tam iudicialibus quam extrajudicialibus, 62.
 Sicut duo Brachia se inuicem adiuant, ita secularis, & Ecclesiasticum, 63.

Differentia inter auxilium Ecclesiasticum, & secularis, & contra, 64.
 Punio excessus in auxilio prestando quomodo fieri debeat, tam in Ecclesiastico, quam in seculari, 65.
 Tridentinum scilicet 25. de reform. c. 3. circa censuras expenditur, 66.
 Cognitio censurarum ad Ecclesiasticum spectat, 67.
 Auxilium a secularibus dandum pro rebus que Deo placent, 68.
 Deo placere non potest iurisdictio secularis in Ecclesiasticos, 69.
 Negato auxilio a seculari, ad quem appelletur, 70.
 Auxilium a superiore petitur, 71.
 Eo non prestato a superiore militatur, 72.
 Ius patronatus Regium tantum extenditur ad protectionem, 73.
 Protectio quomodo extendatur ad auctoritatem, 74.
 Ius tutelare non tollit iurisditionem, 75.
 Advocatia quid importet, 76.
 Quibus Magistratibus competat protectio, 77.
 Protectio definitio, 78.
 De protectione que sunt uidentur, 79.
 Oeconomi qui fuerint in primitiua Ecclesia, 80.
 Defensores Ecclesiarum quando inceperint, 81.
 Inter minores Ordines computantur, 82.
 Aliquando ex ordine Presbyterorum assmebantur, 83.
 Aliquando ex Laicis, 84.
 Eorum officium, & munus, 85.
 Turpe est Clericos peritos se uelle ostendere rerum secularium, 86.
 Defensores hi de ordine orant Clericorum, 87.
 Ab ipso Imperatore petebantur, 88.
 Periti debebant esse, & Advocati forentes, 89.
 Defensores cum iurisditione in Clericos, qui fuerint, 90.
 Consuetudo nihil operatur nisi data capacitate in laico super Ecclesiasticos, 91.
 Nec ex vi, quam faciunt Ecclesiastici nolentes obedire Concilio, Laici possunt aliquid agere, 92.
 Censura Ecclesiastica in hoc casu seruanda, 93.
 Sancti Ladouici Francorum Regis mirabile dictum ut abstineret se ab Ecclesiasticis rebus, 94.
 Laici sub pretextu scandali uitanandi non se possunt intrinsecare rebus Ecclesiasticis: & quare, 95.
 Ecclesiastici debent iudicium proferre cum equitate, 96.
 Contra nolentes Ecclesiasticos satisfacere precepto, quomodo procedendum, 97.
 Factum potest approbari, & modus reprobari, 98.
 Scandali uitanandi causa licet quod alius non liceret, 99.
 Oeconomica seu politica cause an Laicis committi possint circa ad Ecclesiam spectantes, 100.
 Laicus an possit exilio multare Predicatores scandalosos, uel pacem publicam turbantes, 101.
 Ordinarius recte potest impedire quoscumque Regulares, ne predicent Verbum Dei, 102.
 Item Regulares potest punire in hoc casu, 103.
 Don Petri Manrique Archiepiscopi Cesarangustani mirabile factum, 104.
 Laicus quando ratione scandalali, non petente adiu ad superiorem, potest se interponere cum Ecclesiasticis, 105.
 In hoc casu non potest Laicus processum facere, 106.
 An omnibus diebus Paschatis debeat predicari, 107.
 An idem procedat in Natale Domini nostri Iesu Christi, 108.
 Octaua cuiuscumque Sancti, complementum festiuitatis dicitur, 109.
 In Sabbato post Resurrectionem, quare Ecclesia cantat, qui Palchata festa peregrinus, 110.
 Tres dies sequentes festum Natalis Domini non sunt de Natali, sed illorum Sanctorum quorum festiuitas celebratur, 111.
 Non habent privilegia Parochialia, 112.
 Ius predicandi in Cathedrali primo pertinet ad Episcopum, secundo ad Canonicum Magistrum, tertio ad Predicatores ab Ordinario approbatos, 113.
 Regulares quoad predicandum subsunt Episcopo, 114.
 Ad quem pertinet electio Predicatoris, 115.
 Consuetudo seruanda, 116.
 Quibus modis interruptatur, 117.
 Quanto tempore introducatur, 118.
 Tempore Quadragesime Episcopus proprio sumptu tenetur conducere Predicatorem in Cathedrali, 119. 120. & 134.
 In Ecclesiis inferioribus, qui percipiunt Decimas debent prestare impensas Predicatoris, 121.

In Parochiali Curatus tenetur ad sumptus Predicatoris, 122.
 Ad id potest compelli censoris Curatus, 123.
 Episcopo predicante, alibi non potest concio haberi eodem tempore, 125. & 166. & seqq.
 Expensas, & alimenta Predicatoris quis soluere teneatur, 126. & seqq.
 Expense debentur Predicatori qui non tenetur ex officio predicare, 127.
 Episcopo in Diocesi, & Parocho in Parochia non debentur expense, 129.
 Episcopo functiones extra diocesim exercenti debentur expense, 129.
 Episcopus, & Curatus, etiam pauperes, tenentur ad expensas, & alimenta Predicatoris, 130.
 Alimentorum nomine quid ueniat, 131. & seqq.
 Differentia inter Predicatorem missum ad partes infidelium, & alios Predicatores, 132.
 Predicatoribus ad infideles missis expense debentur a Papa, 133.
 Ministerium predicandi Euangelium infidelibus quam laudabile sit, 134.
 Laici nolentes elemosinam uel alimenta prestare Predicatori, apud quem Iudicem conueniendi, 135.
 Predicare propter stipendium, an sit simonia, 136. & seqq.
 Predicator non debet Euangelium facere uenale, 137.
 Consuetudo an possit introducti predicandi propter stipendium, 138.
 Elemosinam, seu stipendium pro predicatione qua intentione recipere, & dare liceat, 139.
 Stipendium pro charitate missis, & oblationibus licitum est, 140.
 Libertas, seu facultas aliquid faciendi, pretio estimabilis est, 141.
 Predicator licet accipere quamuis non licet petere, 142. uideantur nom. 144. & seqq.
 Heretici quomodo confundant mercedem Predicatoris cum elemosina sub pretextu auaritie, 143.
 Elemosina data Predicatoribus quomodo iustificetur ex merito Tridentini, 144.
 Predicator licet exigere, & petere elemosinam predicationis, 145.
 Episcopus an possit cogere populum ad audiendum uerbum Dei, 146. & seqq.
 Electio datur populo audiendi diuina uel in Cathedrali, uel in Parochia, 147.
 Episcopus monere potest, compellere non potest, 148.
 Episcopus quo casu possit compellere populum ad audiendum uerbum Dei, 149. & seqq.
 Infideles possunt compelli ad audiendum uerbum Dei, 150.
 Episcopus compellere potest populum ad recipiendum Predicatorem, 151.
 Imo ad eum audiendum stante necessitate, 152.
 Episcopus potest compellere Parochum ad docendam doctrinam, & pueros ad eam discendam, 153.
 Tempore cessationis a diuinis, an sit predicandum uerbum Dei, 154. & seqq.
 Interdictus Clericus non potest predicare, 155. & quare, 161.
 Predicatio non est actus alicuius Ordinis, 156.
 Cuiuscumque persone potest committi predicandi munus, modo sit idonea, 157.
 Excommunicatus non prohibetur assistere concioni, 158.
 Elemosina Predicatoris ab excommunicato potest exigere, 159.
 Predicatio quare tempore cessationis a diuinis, non cesset, 160.
 Clericus interdicitus an possit predicare, 161.
 Soluente mercedem Predicatoris an possint invitare ad predicationem non solum Predicatorem, uerum etiam Rectores, Magistratus, & alios, 162.
 Agapes, & nocturna conuersiones prohibite sunt, 163.
 Laicis an expectari interuenire in his conuuiis, 164.
 Conuouia que sunt licita, 165.
 Episcopus an possit predicando totum tempus matutinum occupare, an uero tempus ut alii predicent relinquere debeat, 167.
 Hora pro tempore sumitur, 168.
 Tempus non laxari potest, ad totum extenditur, 169.
 Episcopus extra Diocesim predicans, nullum privilegium habet, 170.
 Frances de Eccles. Cathedr.

Episcopus predicans non potest impedire Curatos eadem hora predicare, 171.
 Etiam in Parochiis exemptis, 172.
 Quid in Episcopo predicante solemniter, 173.
 Episcopo predicante, quare ceteri silere debeant, 174. 186. & seqq.
 Ufus predicandi Dominicis diebus quando inceperit, 175.
 Ufus concionandi in solemnibus festiuitatibus quando inceperit, 176.
 Hora concionandi que sit, 177.
 Predicatio qua tempore interdicatur, 178. & seqq.
 Tempore noctis non potest predicari, 179.
 Qui male agit, odit lucem, 180.
 Sub Sole quare predicandum, 181.
 Noctis tempus apertissimum ad omnia uitia, & mala comprehendenda, 182.
 Passio Domini nostri summo mane iam orto sole predicatur, 183.
 Conciones per publicas plateas prohibentur de nocte fieri, 184.
 Processiones quare fieri de nocte prohibentur, 185.
 Sanctus Philippus Neri quare exercitia Congregationis Oratorii de nocte fieri prohibuit, 186.
 Mares cum feminis insimul conuenire in Choro Ecclesie, quare prohibuit, 187.
 Utilitates predicationum per plateas, 188. & seqq.
 Mos concionandi in Ecclesia, & Synagoga, 189.
 Episcopo predicante omnes tenentur audire, non dicere, discere, & non docere, 199.
 Episcopi in primitiua Ecclesia per se, mino uero per alios predicant, 191.
 Episcopus prohibere potest ex iusta, & rationabili causa, ne aliqui quam in Cathedrali sermo habeatur, 192.
 Exemplum in Metropoli Cesarangustana, 193.
 Canonici & alii Clerici an teneantur ad assistendum Concionibus, 194.
 In Cathedralibus adest preceptum officium diuinum quotidie celebrandi, 195.
 Sanctus Carolus equè precepit Canonici suis ut Horis Canonici, & concioni assisterent, 196.
 Dum adsint, qui assistant concioni, ceteri non peccant, 197.
 Obligatio canendi in Choro, & ad Chorum, non ad singulos Chori pertinet, 198.
 Officium Beate Marie ad Chorum recitare, non singulos de Choro obligat, 199.
 Assistentia in Capitulo omnes, non singulos obligat, 200.
 Munus predicandi ad quos spectet, 201.
 Christus Dominus quare ante trigessimam annum noluit predicare, 202.
 Apollolis que delegauerit Christus, 203.
 Munus predicandi quibus competat, 204.
 Obligatio personalissima predicandi in Episcopo iam cessauit, 205.
 Muneri predicandi, scriptis docendo satisfiit, 206. 211.
 Romanus Pontifex predicare tenetur, 207.
 Quomodo satisfaciatur huic obligatioui, ibid.
 Episcopa Romanorum Pontificum quare seruate sunt, 208.
 Sancti omnes, & plures Doctores, quare homilias scripserunt, 209.
 Illustr. Dominum D. Ioannes de Palafos sanctitate insignis lanatus, 210.
 Episcopi Iurisperiti quomodo muneri predicationis satisfaciunt, 212.
 De utilitate Episcoporum Iurisperitorum, 213.
 Christus Dominus per se predicauit tribus annis, postea uero Apollolis officium commisit, quod deinde post Apollolos Episcopis traditum est, 214.
 Apollolis satis duxerunt uacare predicationi, quam ministrare mensis, 215.
 Predicatio non minus necessaria quam lectio, 216.
 Predicatio quam necessaria in Ecclesia, 217.
 Corpus constat ex anima, & corpore, 218.
 Indiget cibo materialis, & spirituali, 219.
 Officium predicandi proprium est curie animarum, & ei annexum, 220.
 Curatus absque alia probatione poterit predicare, ceteri uero e contra, 221.
 Curati iure ordinario, ceteri uero iure delegato predicant, 222.
 Christus Dominus anno duodecimo sedens inter Doctores repletus fuit, predicare uero usque ad trigessimam uoluit, 223.
 M 4 Epi

41 Respektu verò Dominicarum, major poterat esse prima facie difficultas, cum in omnibus vigeat eadem ratio: Sed omisso quòd sunt Dominice primæ, & secundæ classis, que cum Quadragesimâ, & Adventus sint, in eis dubium non cadit: in cæteris verò Dominicis, prudens Episcopi dispositio, & locorum confectio erit servanda; ita ut sicut non prædicatur omnibus diebus solemnibus, idest duplicibus, ita nec sermo habeatur nisi in particularibus, veluti in Septuagesimâ, Sexagesimâ, & aliis particulare motivum habentibus.

42 Jam verò supposita hac obligatione, & præcepto, dubium est, an nolentibus Ecclesiasticis illud adimplere, possint compelli per Judices seculares; sive per Correctores? In qua animose affirmativè responderet Barbosa in *Præfati allegat. 76. nu. 32.* auctoritate Emanuelis Rodriguez *quæst. Regul. tom. 2. q. 62. art. 19.* Hieronymus Rodriguez in *compendio quæstion. Regula. resol. 112. n. 19.* Bobadilla in *politica lib. 2. c. 18. n. 194. lit. K.* & reperit idem Barbosi in *collekt. ad Concil. d. 24. c. 4. nu. 13.* in quo Barbosa nullum fundamentum adducit: unde tanquam immeritandum est, examinandaque hujus opinionis fundamenta, quæ late adducunt Bobadilla, & Emanuel Rodriguez locis superius citatis. Et omnis his que diximus supra c. 13. de *repar. Eccl. Cathedr. ex n. 83. cum sequentibus*, sequentia addemus.

43 In primis certum est, posse ex delegatione Romani Pontificis, cui non interdicitur, Judicibus Laicis talem potestatem in Ecclesiasticos committere, prout in his terminis Catholicis Hispaniarum Regibus delegatam esse ab Alexandro VI. & Eugenio II. in partibus Indiarum, quam originaliter in Archievipo supremæ Castellæ Senatus custodiri advertit Solozano in *polit. lib. 4. c. 27. vers. Lo quarto asbandame. pag. 743. & de fidat. lit. tom. 2. lib. 3. c. 2. nu. 44.* sed tamen ea cessante, ajunt nihilominus Doctores superius citati, quod cum per Prælatos, sive Clericos, sive Religiosos aliquid intentatur contra decreta Tridentini, tunc supremum Regale Consilium præcipit, ut provisiones Regales pro ejus executione & observantia edantur.

44 Secundo, Philippum Secundum gloriose memoriæ, mense Julii Anno 1564. commendavit Episcopis Tridentini publicationem, & observationem, & justitiam Correctoribus civitatum, ut ad id suum auxilium impartiantur, quod est conforme Bullæ Pii IV. editæ Romæ Anno 1563. 7. *Kalendas Februarii, Anno eius Pontificatus 5.* cujus particulam apponit Eminentissimus Rodriguez.

45 Ex quibus inferit, quod supposito præcepto prædicandi, Correctores Civitatum, aliquæ seculares Magistratus, contradicentibus non solum Ecclesiasticis, verum etiam Judicibus Ecclesiasticis, possunt compellere eos ut verbum Dei illis diebus ad populum habeatur; de quo exemplum ponit Bobadilla se executum in civitate Soria diocesis Oxomen. in die Epiphaniæ; quod approbatum fuit ab Episcopo: ideò maxime gloriatur ea de causa scandala sublata fuisse; quod similiter enarrat Emanuel Rodriguez, concludendo, quod instante, & præcipiente Correctore, potest in hoc casu frater Minor prædicare, etiam contradicente Vicario foraneo civitatis, in qua debet fieri prædicatio.

46 Sed miror non tantum de Bobadilla, quantum de Emanuel Rodriguez, quod tam debilibus fundamentis ductus eam opinionem sequatur: unde examinare oportet singula: & quidem Regale Consilium præcipere observationem Concilii; quando aliquid contra id præcipitur, quid importat pro regula, ut stabiliat jurisdictionem in secularibus incapacibus contra Ecclesiasticos? Etenim vel processit Bobadilla per viam appellationis, vel per viam tuitionis; & eodem modo loquendo de Tribunalibus Regis si primum dicamus, appellatio debet esse ad Judicem competentem; veluti de Judice foraneo ad Episcopum, de Episcopum, de Episcopo ad Archiepiscopum, & sic deinceps. & idem procedit data negligentia inferioris, qua data, jurisdictionem remanet Episcopo, vel Archiepiscopo, & cuiuscumque Superiori Ecclesiastico; ut per Abbatem in *cap. cum contingat, n. 19. de foro compet. Felix. in c. Interfragabili, in*

princ. de offic. Ordin. Merlinus decis. 385. nu. 2. quodque commune est omnibus appellationibus eorum, qui aliquid patiuntur gravamen, ut ad Superiorem fiat recursus.

Quo fit, ut secundo modo fieri debeat, idest, per viam Tuitionis, ratione protectionis: & tunc non protectionem; sed confusionem quam maximam ingerere necessarium est: quod ita explicamus, ut de facili capiat. Vel enim Tuitione fit ab Officialibus Regis existentibus in eodem loco, vel alibi, idest, in alio loco; si in alio loco existant, eo modo, quo additur Judex secularis, potest adiri Ecclesiasticus: ergo non potest intrare Tuitione, sed confusio, & usurpatio jurisdictionis; si sunt in eodem loco, vel intrant eam jurisdictionem, vel sine ea, ratione Tuitionis, & Protectionis sacrosancti Concilii Tridentini: cum jurisdictione: non credo inveniri Catholicam talia dicentem, cum exemptio Clericorum sit de Jure divino, faltem eorum personis, ut per innumeros quos longa manu verorem dicens refert Barb. in *collekt. ad text. in cap. Ecclesia S. Maria, nu. 19. de confit. & de univ. lit. Eccl. lib. 1. c. 2. nu. 190.* cui addendus est Anton. Diana *resolusionum moralium parte septima, tractatu primo, per totum, ubi abunde.*

Ergo ratione Tuitionis & protectionis: quam tamen nullatenus extendere licet ad jurisdictionem Principis, nec per eam imperium in protectos acquiritur, nec ipsa tollit jurisdictionem Ordinario competentem; sed tantum inducit jus tutelare: ut late probabimus, dum agemus de Hospitalibus sub immediata Regum protectione existentibus, *cap. 27. de Hospitalibus & in puncto diximus ibid. nu. 138. cum sequentibus*, quem locum omnino videas usque ad *num. 155.* ubi omnia invenies, ita ut hic repetere opus non sit: junctis his que diximus c. 13. *ex num. 85. & seqq.* ergo hac de causa secularis se intrinicare non potest, cum Laicus Patronus, cui majus jus competit ratione juris patronatus, solum habeat inter esse secundarium, nec admittatur quando de suo interesse non agitur: *cap. novem, ubi DD. to. qu. 1. Giga de penson. q. 23. n. 12. ad medium & plures alii: quo pacto intelligendus est Cabedo de patron. Regie Corone, c. 12. a. n. 5.* dicens, Patronum habere interesse, quod de secundario intelligitur, alias hoc pacto omnis iudicium, & Ordo Ecclesiasticus turbaretur, & in omnibus sacrosancti Concilii decretis, tam in materiis Sacramentalibus, & in omnibus rebus fidei, quam in morum correctione & reformatione, Seculares admittit & intrare possent via protectionis & tuitionis; cujus executio tanto acrior fieret, quanto majori cum vigore temporalitas irremissibili decreto occurreretur; nec ulla appellatio admitteretur à tate executione; unde ratione hujus inconvenientis, causam tolli necesse erat ratione scandali, & hujus causa privilegium amittitur; & hac ratione habens privilegium, eo privatur: Glof. optima in *cap. renovantes, verbo priusquam, dist. 22.*

Et ut cætera exempla prætermittamus, & pateant inconvenientia ponderata, supponamus quod iste Predicator à Judicibus secularibus in vim protectionis missus, peccet in exercitio, malas doctrinas seminando, excedendo, iurgia videlicet, & contentiones suscitando; hæc omnia eodem modo præcipiuntur à Concilio puniri ab Ordinario: ergo ratione protectionis spectabit ad Tribunalis, & ad Judices Laicos, sicut spectat prædicari faceret, & hac ratione sub eo prætextu Laici se intrinicare in negotiis Ecclesiasticis: ablata autem fuerint Advocatoriæ potentium in Ecclesia, ne sub eo prætextu aliquid jus sibi arrogarent; Geminum quem refert Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 1. n. 74.* unde hoc Ordinario competere pluribus docet Illust. D.D. Didacus Antonius Frances de Urrutiguoy fita in *meus in Pafior. inter. p. 1. trat. 5. q. 2. n. 13. & 14.*

Nec similiter urget, Laicos Principes esse deputatos ad executionem, & complementum decretorum Apostolicorum, qui ad eorum tuitionem adtinguntur in Jure; *Aut. quomodo oporteat Episcopos, in princ. cap. Omnis princeps, 96. dist. 2. cap. De tribus, 23. qu. 4. l. final. Cod. de Summa Trinit. Nam huic objecto duobus modis respondetur: & primo, hoc non via Jurisdictionis, sed per modum auxilii præ-*

præcipit ut: unde sicut auxilium Brachii secularis non datur nisi petitur sit, ita neque Principes propria auctoritate quiddam facere possunt. Secundo, Romanos Pontifices, quando ita expedire visum fuit, jam hoc Laicis Principibus concesserunt, ut exemplo Alexandri VI. & Eugenii retulimus in partibus Indiarum, *suprà*; unde exceptio hæc firmat Regulam in contrarium.

Nec dicatur, mentem fuisse Concilii, ut ponderat Rodericus ex Bulla Pii IV. *dat. Rom. Kalendis Februarii, Anno Incarnationis 1563. Pontificatus sui 5.* quod omnia decreta sacrosancti Concilii faciant observari illi ad quos spectat, invocato etiam, si opus fuerit, Brachii secularis auxilio: & hortatur per viscera Jesu Christi Imperatorem, & cæteros Reges, & Principes Christianos pro ejusdem Synodi reverentia, ad Concilii exequenda, & observanda decreta, Prælatibus ubi opus fuerit auxilium, & favore suum præstent: Quæ omnia in primis, si mentem Concilii inspicimus, indicant nihil attentius curavisse, quam Ecclesiasticum iudicium Ecclesiasticis Ministriis, & Sedi Apostolicæ reservare, omnino exclusis Laicis: Legatur historia, ejusdem Concilii Tridentini ab Eminentissimo Cardinali Sforza Pallavicino, Societatis Jesu Alumno, adversus Petrum Suave Polan. Romæ Anno 1636. impressa; & nihil aliud accuratus invenitur; ita ut *lib. 5. cap. 12. pag. mibi 484. in fine*, ubi agendo de independentia Sedis Apostolicæ circa materias Religionis, circa appetitionem Concilii tres Legati missi Tridentinum à Paulo IV. nempe Cardinalis Joannes Maria de Monte Episcopus Pignestinus successor immediatus Pauli III. & Julius III. appellatus: Marcellus Cervinus postea Summus Pontifex creatus, & Marcellus II. vocatus, successor item immediatus Pauli III. & Raynaldus Polus sub die 16. Maji Anno 1545. repugnante Carolo V. ita Paulo III. scripserunt lingua vulgari, ut Sforzia ipsa verba refert: *Per quanto stelle a noi, ricordarremo à sua Beatitudine, ch' elessse più tosto d' abbandonar la Sede sua, e di render à San Pietro le chiavi, che comportare che la potestà secolare arrogasse à se tutta l' autorità in determinar le cose della Religione, con pretesto colore, che Ecclesiastica avesse mancata del debito suo in celebrare el Concilio: quæ verba Latino sermone fideliter ita traducuntur: Secundum nostram opinionem vestre Beatitudinis memoriam scimus, eligere debere potius relinquere Sedem suam, Clavesque Divo Petro reddere, quam permittere potestatem secularem sibi arrogare omnem auctoritatem in determinationem rerum Religionis, sub colore & pretestu quod Ecclesiastica Jurisdictio defecisset in debito suo circa celebrationem Concilii. Quomodo ergo mens Concilii potuit esse sub prætextu protectionis, etiam deficientibus Ecclesiasticis, aliquid tribuere Laicis in rebus ad Religionem spectantibus: cum licet occasio eorum verborum respectu principii Concilii fuisset, verba tamen Legatorum ad omnes casus Ecclesiasticæ Jurisdictionis se extendunt, & appetere de socordia, & negligentia Ecclesiasticorum loquuntur.*

Nec item Pius IV. aliud explicavit in *dista Bulla*: imò totum contrarium opinioni Roderici; quandoquidem jurisdictionem Ecclesiasticis attribuit: ut patet ex verbulo, *Mandamus*, ubi Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & cæteris quibus incumbit cura, præcipit in virtute sanctæ obedientiæ, ut omnia decreta faciant observari, invocato, si opus fuerit, auxilio Brachii secularis: unde clarius luce meridiana patet, jurisdictionem spectare ad Ecclesiasticos, sicut etiam auxilium petere à Laicis, quibus nihil attribuitur jurisdictionis; sed tantum auxilium præstare debent, quoties requiritur Ecclesiasticis, ita ut jurisdictione ad Judicem Ecclesiasticum, cui competit appellatio, spectet; auxilium verò, non tamquam Judex, sed tamquam auxiliator, Laicus præbet, ut Jurisdictione Ecclesiastici Judicis debite executioni mandetur; aliàs enim necessarium concedere deberemus, Judices Laicos in omnibus negotiis in quibus auxilium ab ipsis petitur, posse cognoscere & decretum cum Jurisdictione, quod maximum continet absurdum; cum hoc remedium auxiliari sit & commune omnibus Tribunalibus, & Jurisdictione sit Judicis Ecclesiastici, auxilium verò secularium, quod pro libito non de-

bent impartire, sed ad deprecationem Ecclesiasticorum, ut lato calamo scriptum reliquit Franciscus Molinus, *particulari tractatu de Brachio seculari, lib. 1. cap. 7. per totum*, omnino videndus, qui n. 2. innumeris citatis, probat summariam causæ cognitionem esse adhibendam; quibus addendus est Maceraten. *lib. 1. variat. resol. 6. 32.* & in terminis Jurisdictionum omnium ad tribunal Ecclesiasticum spectantium melius idem Molinus c. 9. ubi *num. 24.* late defendit, seculares Potestates de criminibus Ecclesiasticis, etiam per invocationem Brachii secularis non cognoscere, imò nec in extrajudicialibus auxilium præstat secularis, eo non requisito, ut idem late probat, c. 13. *per totum*, sicut enim duo Brachia in corpore mutuo se adjuvant, ita mutua charitate sibi invicem auxiliantur Potestates Ecclesiastica, & secularis: c. *Cum ad verum, c. Duo sunt, c. si Imperator, 96. dist. c. novit, de iudiciis*: ea tamen differentia adhibita, quod Ecclesiasticus à seculari requiritur tamquam superior aditur; Ecclesiasticus vero secularium tamquam inferiorum in causis Religionis adit, quo fit ut Laicus suadendo; Ecclesiasticus autem censuris, & anathemate adversus contumaces procedat; ut late Molinus d. *lib. 1. c. 14.* pluribus probat, & prosequitur c. 19. n. 3. & hac etiam ratione pro punitione excessus in executione auxilii Laicis coram Ecclesiastico puniendus est, ut dixit & probavit ita conciliando opiniones diversas idem Molinus d. 2. p. c. 37. *per totum*: Ex quo patet, mentem Pii IV. in *dista Bulla* nullatenus esse quod tribueretur aliquod Jus secularibus Judicibus, sed tantum tribuere facultas Ecclesiasticis implorandi auxilium Brachii secularis, ut efficacius monita, & decreta Tridentinæ Synodi executioni mandentur, neque enim officium hoc non petenti impartiri debet: l. 4. §. *Hæc autem iudicium, de damno infecto*: idem Molinus c. 24. *num. 9.*

Hoc idem manifestat decretum *sess. 25. de reformat. c. 3.* 66 in quo modus præscribitur observandus circa promulgationem censurarum: & non obstante quod ibi concedatur facultas requirendi idem auxilium Judicem secularium, ut omnis difficultas Jurisdictionis tolleretur, in *vers. nefas autem*, suam voluntatem declaravit sancta Synodus, per hæc verba: *Nefas autem sit seculari cuiuslibet Magistrati prohibere Ecclesiastico Judici, ne quem excommunicet, aut mandare, ut latam excommunicationem revocet, sub prætextu, quod contenta in presenti decreto non sint observata: cum non ad seculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertinet*. Quod idem de iure procedere probat *text. in c. Rogo, cum sequentibus, 11. quæst. 3. cap. Nullis, cum sequentibus, cap. Cuius desideres, cap. Si concubina, de sentent. excom. late Barbosi in collekt. ad text. in d. c. 3. sess. 25. de reformat. ex n. 29. usque ad 33.* latissime de *univ. lit. Eccl. lib. 1. cap. 39. §. 4. num. 93.* quem omnino videti convenit: nec minus in *trat. de exigent. penson. 1. p. q. 8. n. 14. & 15.* juncto n. 42. & *sequentibus*; cujus decreti rationem confirmant verba Sfortiæ *suprà* relata, ex responso trium Legatorum Concilii: ex quibus manifestissimè constat, nunquam Judices Laicos facultatem habere procedendi per se, nec se ingerere posse, nisi coadiuvando Ecclesiasticum Iudicem, ab eo petito auxilio.

Omnia autem supradicta expressissimè comprobantur ex ratione textus in *cap. 1. de offic. Ordin.* ubi auxilium voluit Romanus Pontifex à secularibus concedi ad ea tantum quæ Deo placent, persequenda: Deo autem placere non potest cognitio Iudicis secularis in exequendo acta, & decreta Concilii mediante ejus præcepto, spreto Ecclesiastico; ut consideravit Franciscus Molino *dista trat. de Brachio seculari, c. 9. ex n. 45.*

Consequenter verò absque dubio mihi probatur, hac consideratione: negato auxilio à seculari non datur appellatio ad Ecclesiasticum, sed ad Iudicem secularem superiorum: c. 2. *de excep. in 6. Azevedo m. l. 15. n. 11. tit. 1. tom. 2.* Oliban. de *lure sicc. c. 15. n. 47.* & pluribus citatis Franciscus Molinus c. 16. n. 3. ergo stante Ecclesiastico superiore, ad eum debet appellari, non ad secularem.

Insuper auxilium à superiore petitur: sic etiam Judices seculares minores, auxilium superiorum implorant, l. *Si quis*